

Guido Faba

Preclare ac magnifice domine A.

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guido Faba

Preclare ac magnifice domine A.

1226-1228

Preclare ac magnifice domine A. Dei gratia marchiane Estensi, decorate multa sapientia, curialitate, pulcritudine ac virtute, B. eadem gratia talis duchessa vel talis ducis uxor aut filia, salutem et vite longitudinem cum gloria et honore.

Audivimus nuper auditum bonum, et desiderabilem suscepimus intellectum, quod, illius gratia dispensante qui Elisabeth uterum fecit sterilitatis fecundum, puer natus est vobis, filius letitiae et exultationis, consanguineorum magnum gaudium et omnium amicorum, quem Dominus crescere faciat scientia et etate, ut domum Estensem que desolata videtur nullo stipite remanente, diu regnare possit et feliciter gubernare.